Illustres, Generosi, Magnifici, Nobilissi et Consultissimi.

Si e aliquod fatum imperiorum, multi certe putarent vel Fato regi vel fatis destinari Germaniam. Omnes Status bellum execrantur, omnes pacem inclamant paucissimi tamen media pacis promoveant aut removent obstacula. Atq. utinam non plures bella ex bellis serant intestina externis aggravantes. Alter annus agit ex quo universi et singuli quorum interest, Osnabrugis et Monasterii, pro stabilienda pace comparere debuerunt. Exteri ferè oes è locis etiam dissitis maturè comparuere. Germanorum ipsorum, licet et proximi sint et eorum praecipuè intersit, adhuc dum nemo. Bini Electoris, bini Monasterii, adfuturi jamdudum promittebantur, adhuc tamen nemo venit. Pro caeteris ordinibus tam Augustanae confessionis, quam Romanae Religionis, foederata Regna, per annos septem, tractatis armisq. laborarunt, ut ad hunc diem convenienti salvis conductu munirent. Muniti sunt, ut tuto convenire et interesse ac negotia sua qualiacunq. hic securè peragere possent: nemo tamen adhuc comparet! Interim Germania ruit in excidium! Si patrui Patriae o majori ejus cura aut commiseratione languent. Si columnae imperii tantopè vacillant nimisum compages minus sufficiere. Si status et ordines ipsi suisq. aliq. habent, ordo an confusio regnet. Stet vel cadat Respublica, qd tandem ab exteris sperari debet, cernentibus non solum omnes amicitiae et restauraõis oblatae vias

nativ.

naóq. Sponi, sed et sibi pro gra mora culpam, et tracti tractatus, falso à qbusdam imputari. Quid si contra imperatorem, aut imperium à foederatis convocarentur in campum aliquem Martium; nemo renuentium constantiam tantopere miraretur. Nunc cum ad legitima Majestatis decora authoritatem comitiorum libertatem propriam, amicitiam fidelissimam et in summa ad pristinam pacandae Patriae felicitatem restabiliendum, tam frequenter et amice invitentur: cum videant manifestè non armis se amica tractatus, miseriarum finem aut modum sperari posse vel debere; mirari statim subit, qd eos tam diu moretur! neque enim credere possumus eos sibi persuadere, absentiam suam Q. sena Caesareo deputatos pensari. Nam ut id experiremur et simul sincerum seriumque ac in Germanae pacis redintegratiem obfirmatum S.ae R.ae M.tis Sueciae animum ipso facto ostenderemus, cum nro in hanc urbem adventu. Obtulimus Caesareis Commissariis non modo mutuam legitimationem nostram, verum etiam aliquoties tractatus ipsius auspicium. Tantum v. abest, ut actionem principem acceptare noluerint, ut ne quidem ad sola preparatoria saltem ostendendum induci potuerint! Nunc Mediatoris defectum, nunc lites Sueco-Danicas, nunc Gallicas moras nunc alia varia causati. Gallia jam satis ostendit, se pari cum Suecia affectu pacem promotum cupere. Certè Gallica legao nihil acrius urget, quàm ut oi remora sublata, res ipsa quam primum inchoetur, parata. Si qd in procuratoriis adhuc desideretur, ad satisfaciendum unicuique ex aequo et bono, modo idem pars altera velit. Litigia Sueco-Danicorum pertinere ad forum aut censuram Imperatoris aut imperii, qs diperit, nisi q putaverit patriam suam, nondum satis intestina clade

subactam, externis insuper bellis acriter affligen-
dam esse. Cum et Galliae, Bataviaeq. legati in
eo jam alibi graviter discedunt, non sine spe-
berna fore, ut eae controversiae ad collimitia
Regnorum more solito, brevi componerent. Adeo
ut ipse Contextus, trahendis potius quam avertendis
Germaniae calamitatibus excogitatus videatur. Scimus
quidem Regem Daniae, sibi etiamnum reservare
interpositionem inter Imperatorem et Status Im-
perii. Ut autem simul rebus uti nunc stantibus
Mediatorem agat inter Sueciam et Imperatorem
id nec ipse desiderat amplius, nec rationi magis
congruum est, quam per rei naturam fieri potest,
ut testis non sit hostis. Quod cum ita esse anim-
adverteremus, ne tamen propterea Caesareani, vel
Mediationis vel modi defecturi ullo aequitatis colo-
re obtendere possent; oblata est iis ex abundanti Im-
mediatu vel immediatu, sive per subdelegatos vel
mediante legato Veneto, vel cooperantibus Imperii
Statibus, vel tandem in scriptis. illa repudiata: ista
non admissa: haec explosa: Scriptum vero ipsum
(cujus exemplar hic addimus) bis oblatum, tantum
abest ut inspexerint, ut ne quidem tangere dignati
sint! vultu manibus, toto corpore adeo aversati ac
si contagiosum fuisset! Atque hanc tergiversationis
serram obtenso singulis temporibus mandati defectu
nobiscum reciprocarunt usque ad diem mensis Septembris
quando ex Holsatia constans fama increbuit non
omnia illic ex voto Caesarei exercitus cedere; Jamque u-
nus Aversbergius in procinctu esset ad discedendum,
tum demum demandatae coepisse professi tabulas Caesarei
procuratoris nobis ostenderunt. Verum non ut no-
biscum tractarent (: quomodo enim potuissent, potesta-
te revocati, comitiis ipso abitu expiratis? :) sed

sed ut majori ludibrio videremus eos hactenus non tam
potestate, quàm voluntate, sive permissu tractandi
caruisse. Haec indignitas postea quidem excusari
velle videbatur, superventu Comitis à Lamberg, cujus
novam plenipotentiam videndam nobis die 20 9bris
misit, non quidem ipse, sed abituriens jam Comes
ab Auersperg, cum collega Dno Crane. Verum ta-
men habeatne is simul instructionem, sive
certe ei permissum sit, ut revera de pace nobis-
cum agat, aequè adhuc incertum est, cum in-
cognitus adhuc degat. Ex quibus omnibus haud ob-
scure patet, quantum sibi Germania de solis
Caesareanis promittere possit. Quia tamen ab aliis
paulò jam major successurae negotiationis spes
ostenditur, ne osores pacis sub hac consiliorum re-
rumque vicissitudine, novis eam, pro more, tricis
iterum involvant, necessitas et salus ipsa postulat
omnino ut ipsi ordines Imperii conjuncta, authoritate
et impulsu suo, huic tandem operi maximam cura-
mque admoveant. Etenim multa experientia ratum
firmumque apud nos est absque aliorum ordinum co-
operatione, non modo nullam pacem, sed vix ullos
pacis tractatus sperandos esse sciunt ipsi, nec solos
Caesareos posse nec velle foederatos Reges et Prin-
cipes, absque iis tractare. Habent omnimodam
ab utraque parte securitatem, Caesareum et Imperia-
lem consensum: jus suffragii completum. Summum
denique interesse proprium. Nec vocantur ad con-
venticula seditiosa, sed ad honesta pacis colloquia
de viis nempe, mediis et rationibus atque quibus citra
ullius legitimae potestatis praejudicium, tranquillitas et
amicitia publica ita stabiliri possint, ne vel ipsi
suae libertati vel regna finitima suae securitati
in posterum metuere necesse habeant. Longe minori

ſumtu ac difficultate pacifica hæc negotiatio
inſtitui et per Dei gratiam abſolvi potest. Si ſerio
res agatur quam bellum geritur. Ac tametsi cen-
tum adhuc annos duraret bellum, pax tamen ali-
quando tandem tractari debet. Quod nisi Ex. nec
potius ſpirante adhuc parum patria quam post
animam planè exhalatam. Quæ omnia convenien-
tius nunc vestro prolixius referenda censuimus ut quo-
niam ipsi præcipuè promovendæ pacis causa, Franco-
furti adhuc degere dicantur, quod hactenus hîc actum
quo loco nunc sint tractatus pacis, quod eos moretur,
quod promovere possit, tum ipsi videant tum prin-
cipalibus suis aperiant, omnesque tandem pro suo in Rem-
publ. affectu ad communem pacem multis operis
et consiliis promovendam nobiscum valdè concurrant.
Quod si, ut speravimus promptè fecerint, omni procul
dubio Deus piis pacificorum conatibus et optan-
ta nos tandem omnes pace beabit. Sin ulteriore
morâ alii quique prætextus communi bono prælati fuerint,
erint, eoque inopinatum aliquod præjudicium
posthac pace bellove crescat. coram Deo et
universo orbe Christiano protestamur, non id nostrum
sed juvari renuentium culpa factum esse. Cogi-
mur enim hîc conqueri. Fidem publicam nobis non
servari sed violatam iri nobis esse. Jus gentium ali-
quoties, interceptis quoque nostris nunciis. extractis
retentisve nostris literis sæpius. semel capto legationis
Secretario aliis caesariatis spoliatis, aliis aliter
male habitis è comitatu nostro. Nec sontes mani-
festi temeratæ legationis Sanctimoniæ postulati, vel
puniuntur, vel dedunturi. Multa quidem hactenus favore
boni publici dissimulando transmisimus. Ut plura
expectemus, nec dignitas Majestatis Regiæ, nec
nova

nora severitas patitur. Veniant itaq si placet maturè, ut debitum finem his miseriis imponamus. vel ignoscant si tandem et nos cum sociis nostris consilia mutare cogamur. Atq his eos divinæ protectioni officiosè commendamus. Dabant Osnabrugis d. $\frac{4}{14}$ 8br. 1644.

Illustr. Generos. Mag. et Nob. Vræ
ad officia paratissimi

JOH. JHS.

Specimen Responsoriarum à Ministerio Basil. in Angliam mittendarum. 321.

S. p. et officios. in Domino. Viri Venerabiles, Clarissimi et praestantissimi, Domini ac fratres in Christo plurimum observandi.

Dum memores turbarum Magnæ Britanniæ, consilia agitamus cum Fratribus nostris, in Helvetia, confoederatis, de literis ad vos parandis, quibus nostrā vobis comprobaremus, συμπάθειαν, juxtaq. bonis Vos, vestramq. pro qua militatis causam, votis prosequeremur: ecce, quam opportunè Vestræ ad nos advolantes, quibus calcar nobis admovistis ad propositum nostrum pium citra ulteriorem cunctationem, persequendum. Aggravârunt autem illæ moerorem in quem misera Regnorum atq Ecclesiarum vestrarum fata nos hactenus conjecerant, quanquam dum sub onere magno gementibus, non deesse animadvertimus adamantina pectora ad graviora, pro aequitate, sanctaq. non solum Curiæ sed et Religionis libertate, μεχρις αἱματος, propro perferenda, Zelumq. proinde Divinum in expurgandis, cum inveteratis, tum renovatis Anti Christianismi fermentis: Levamen simul aliquod nobis moerentibus attulerint.